UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Qvid dilecte mi, quid dilecte. Proœmiu[m].

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55472

Visual Library

D. DIONYSII CARTHVSIANI, VItæ ſpiritualis vtiliſſimum compendium, Cui titulus Præcordiale.

Proœmium Autoris.

QVid dilecte mi, quid dilecte cordis mei, quid eſt amantiſſime fr̄? Ne dederis cor tuum vanitati, neq; diſpergas aīam tuā in multis. Vnum nanque neceſſarium eſt, & quicquid extra illud appetitur, inane eſt. Deus enim vnum eſt, in quo eſt omnium bonorū, & pulchrorum, ac deſiderabilium plenitudo. Et propterea nil vtiq; optandum, nil admittendum, nil requirendum, niſi ipſe: & ea quæ nos ad ipſum dirigunt, atque deducunt. Omnis autem conſolatio, omniſque decor, & delectatio, quæ ab huius vnius deſiderio, & contemplatione animam diſtrahit, vitanda, ſpernendaque eſt. Nunc ergo, o anima, quoniam poſt deum nil vere atque ſimpliciter vnum eſt: quoniam omnis creatura a ſimplicitate, & perfectione, ac dignitate diuina, infinite occumbit: relinque multa, ſupergredere vana, exclude creata: & adhære illi, qui fecit te. Pone eū ut ſignaculū ſup̄ cor tuū, et in ipō ſolo figete, & cōgrega ad eum oēs affectiones actioneſq; tuas. Oēm bonitatē ab ipſo expectes, illā pulchritudinē, q̄ ei grata ac placita eſt, dūtaxat deſideres: et ī ipō teipām adornare, ſtabilire, ſimplifica-

Prouer. 31

Luce. 10.

Deus oīum deſiderabilium pleni tudo, ſolus eſt requirēdus

Cantic. 8.

ficateq; ſtudeas: quatenus ſic pura & nuda, ab
ſoluta atque ſyncera effecta, diuinitatis capax
ſis: ardeatq; in interiori affectu tuo diuin⁹ amor,
tanquam in ſeraphin: in intellectu æterna ſapien
tia ſplendeat, ſicut in cherubin: & ipſa quoque
memoria deum benedictum in ſe comprehen
dat, complectatur, ac teneat, ad inſtar throno
rum. Scio dilecte mi mentis tuæ affectum, &
q̄a ſanctitatis, virtutumq; zelo anima tua vul
nerata ſit: ideo q̊d tibi ad huius deſideratæ per
fectionis adeptionem, amplius conferre valeat,
bi mihiq; vt queo conſcribam. Denique quia af
fectum tuum in vno, vero, ſummoq; bono ſtabi
lire affectas: ea duntaxat ſcire & legere cupis,
per quæ affectus tuus in creatore ſuo, ardentior
atq; ſtabilior effici queat. Ideoq; non rethoricos
quæris eloquij flores, neq; verborum multitudi
nem diligis, nec curioſa ſubtilitate lætaris: ſed com
pendioſum aliquod, quod menti facilius impri
mi, firmiuſque poſſit teneri. Quod & ego imple
bo vt valeo, nedum tibi, ſed mihi quoque hæc
ipſa conſcribens, quatenus quorum affectio vna
na eſt, ſtudium ac labor conformes ſint.

De qualitate & conditione mentis huma næ. Art. I.

QVo natura entis dignior eſt atque
ſimplicior, eo actio eius vniformior
firmiorq; conſiſtit. Vnde cum diui
na natura præſtantiſſima ſit, et vni
tas pura: omnis eius actio vnifor
mis eſt, & ſimplex, incommutabilis, & perfe
cta. Operatio autem angelicæ mentis, æuo men
ſuratur, & diuinæ ſimplicitati amplius confor
matur. Porro rationalis anima, quoniam in vni

uerſitat